Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

monachorum maior sit numerus inperfectorum quam perfectorum. non a patre mini
ma idem deest consideratione paucorum. sed de his qui multi immo universi sunt,
subiacent facultati universalis regula est eis proponenda. Si quae sunt
rarissime atque a paucissimis possunt impleri. velut super conditio
nem humanae fragilitatis naturamque concessa, ac per hoc communem
possibilitatem excedentia, a generali lege sunt secernenda. non tamen pro ex
emplo quasi miraculo sunt proferenda. Ideo excepta infirmitate: salubri
ter statuta est a patribus perpetua monachis carnium abstinentia. non quia
mala sit comedere eas. praesertim his qui norunt quando. quare. quantum
ve refici debeat vel expediat. sed propter inperfectiores qui non dum modum ventri
suo possunt ponere. qui non dum abundare et penuriam pati cum apostolo didi
cere. haec communis lex abstinendi indicta est. ne comedendi licentia
indulta. et aliis denegata. fiat causa murmurationis et commessatio
nis. D. Vehementer assentio. Et id te paulo ante dictum tenui licet sus
pensione perspexi. Restat ergo ut ad propositum a quo paulo ante me compellente
digressus es redeas. M. Indulgeat tibi deus quod tantum laborem mihi inposuisti. D. Vir
tus non in otio. non in deliciis. non in securitate: sed in infirmitate perficitur. M. Quare
ista sententia eos non arguis. quorum omnis ad explendam carnibus vel sagina corp
oralem lacunam festinat intentio. D. Quis de cetero non spernat atque contundat vilis
simae fragilissimaeque rei corporis servitutem. Quis carnis curam in desideriis fa
ciat. cuius appetentia quidem plena est anxietatis. satietas vero paenitentiae.
Quis non audiat paulum dicentem. non est regnum dei esca et potus. Item. Esca
ventri. et venter escis. deus autem et hunc et hanc destruet. M. Benedictus deus qui
super carnis vel saginae abstinentia tam vera tam salubris tibi illuxit sententia.
D. Quia generationum tuarum scintillula vitalem calorem mihi illuxisse con
gratularis. dic quae adhuc de esu carnium memineris. M. Immo tanto agilior
et facundior ero in dicendo. quanto te magis docilem et capacem video in
audiendo. et devotiorem spero audita implendo. Quibus ergo rationibus acce
dam ad voluntarium et necessarium statum distinguendum. quod paulo superius
interrupisti. diligenter attende. Res quaelibet quae ante votum sin
gulis hominibus est licita. post votum fit illicita. Verbi gratia. Si quis a